

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LI. An actionibus vitii, ad quod minime propensi sumus, virtus procreetur?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

Objec.

Solut.

perfectionem. Post habitum verò facilitatem, voluptatem, tranquillitatem, perfectionem. Inquis: Homo & equus, qui differunt perfectione, non sunt ejusdem naturæ: Ergo nec actiones ante & post habitum editæ sunt ejusdem quæsitorum. Resp. Dissimilitudo est: non ut homo magis est perfectus quam equus: sicutatio parta habitu magis est perfecta quam actione ante habitum: nam ex perfectione hominis & imperfectione equi differentia substantiales sumuntur: Homo igitur perfectior equo, & equus imperfectior homine (quia rationem non haberet,) ad eandem speciem non attinent, cum hoc discrimen perfectionis attingat rei substantiam, perfectio verò & imperfectio actionum accidentalem differentiationem parit.

L I.

An actionibus vitiis, ad quod minimè propensi sumus, virtus procreetur?

DOCT Aristoteles, si quis nondū habet fortitudinem, & natura propendeat ad negligiam, cum debere actionibus suis deflectere ad oppositum vitium audaciam, ut scilicet ad medium perveniat, tandemq[ue] fortitudinis habitum consequatur. Quæstio igitur est: An oppositi vitiis actionibus virtus procreetur? Resp. strictam. Per istas actiones

vitiosas ad
fati potest
actionibus

Ex vi
laim
victi
eratio
loquen
& vicin
ger. Di
galitas
cum re
dicia.
Resp.
none
tutum
de li
tia &
dem
dini
fect.
ficien
non f
prie

vitiosas

virtuosas ad moderatas ut tandem perveniamus,
fieri potest. Sed ex temperatis moderatisque
actionibus deinceps virtus propriè gignitur.

LII.

An vitium possit esse causa virtutis?

Negatur.

EX vitio oriuntur virtutem, dico; est. Cùm enim virtutis corruptio & interitus sic à vitio, non est ab eodem ortus ejus seu generatio. Et si virtus existeret ex vitio, propriè loquendo, definiri possent virtutes per virtus, & vicissim hæc per illa, ut rectè judicat Scaliger. Diceretur scilicet: Liberalitas est prodigalitas moderata. Magnificentia est ambitio cum rectoratione. Fortitudo est consulta audacia. At inquis: ambitio est causa virtutum. Resp. Ambitio vitium seu habitus vitiosus, non est causa habituum laudabilium, ut virtutum, sed tantum actuum, id est, ex ambitione interdum oriuntur actiones magnificentiae & magnanimitatis, nempe si nimium tandem corrigatur: Ex temeritate opera fortitudinis, seu fortitudini consentanea. Scalig. 317. sect. 4. Ut autem ex privatione propriè nulla sit res physica: Et ut ex malis moribus propriè non fiunt honestæ leges: Sicneq; ex vitio propriè existere potest virtus. Contraria enim

Y 3 sunt